ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Vir nobilissime & praestantissime

Olim, cum in publicum prodibant tua Otia, locum mihi concessisti inter illos, qui praeibant, satellites; nunc, cum hoc a te impetrasti ut & prodeat tuum Vitaulium omnibusque ejus videndi copiam facis, si me subire permittis pone, uti conjugi suae pius Aeneas dum

— dextrae se parvus Iulus
Implicuit sequiturque patrem non passibus aequis,

nec absonum fore putas si post opus tuum sequantur Versus illi mei quos ejus lectio & inde natus impetus mihi ex aridâ & exuccâ venâ expressit, Mitto tibi illos castigatos & quibus summam adhibui manum. Pictores quoties ad tabulas suas accedunt easque attentius inspiciunt semper aliquid invenire se putant cui penicillum admoveant. Addidi exemplar Dirarum mearum in Anglos late tyrannos &, quo dominari in caetera possint, in perniciem nostram conjuratos; cum quibus una prodeunt versus nonnulli quos nuper in Epigrammata tua de navibus in litus actis & destructum culmae meae caminum scripsi. Si conatus hi mei placere tibi possunt, qui aures Batavas non habes, eris Tu mihi Deus quo agitante calescunt vatum pectora & impetum auxeris in eo

Cui cupido velle dat, posse abrogat.

Vale. x. Calend. April. Aº cIↃ IↃCLIII

Nobil.us Tuae observantissimus

J. Westerbaen

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Westerbaen) 6
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5282

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Westerbaen) 6
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5282

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Westerbaen) 6
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5282

Aen Myn Heer

Myn Heer van Zuylichem

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Westerbaen) 6
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5282